

Versioni per l'estate (da fare nell'ordine in cui sono messe; ogni volta che incontrate un argomento di cui non siete sicuri o che ricordate poco andatelo a ripassare sugli appunti o sul libro)

Bacco

Prima e seconda declinazione; imperfetto e perfetto indicativo attivo; aggettivi di prima classe; complementi: causa, compagnia, luogo.

Bacchus sive Dionysus iucundus et beneficus deus fuit magnaue beneficia praebebat: rubri enim vini ac flavi grani grata dona Graeciae praesertim incolis concedebat. Ob dei beneficia viri feminaeque multas hostias ante Bacchi aras immolabant. Grata deo erant ferorum aprorum cornigerorumque hircorum sacrificia. E Graecia per Aegyptum in Asiam procedebat parvo cum numero animosorum virorum et effrenatarum feminarum. Bacchi aurem plaustrum non equi, sed maculosae pantherae vehebant. Viri feminaeque non arma, sed tympana et taedas destringebant. Contra stultos superbosque inimicos cruenta bella acriter gerebat, munita oppida expugnabat adversariosque acerbis poenis multabat. In longinqua quoque Indiae loca perveniebat Indiaeque etiam populis grata dona concedebat. In obscura et taetra Inferum regna descendebat atque amicum in terram reducebat. Postremo in caelum ascendebat, ubi una cum diis deabusque beatam vitam ducebat.

Lo scontro tra Orazi e Curiazi

Terza declinazione; futuro semplice, perfetto indicativo attivo e passivo; dativo di possesso; predicativo del soggetto e dell'oggetto; uso di *suus* ed *eius*, complementi: argomento.

Forte in duobus agminibus erant tum trigemini fratres, nec aetate nec viribus dispares: Horatii Curiatique fuerunt, nec ferme alia antiqua res tam nobilis fuit. Veteres auctores Romanos Horatios vocant, Curiatii autem Albani putantur. Reges duorum populorum sic decreverunt: "Trigemini fratres pro sua patria ferro dimicabunt: victori populo imperium erit". Datur signum infestisque armis terni iuvenes concurrunt, nec periculum suum, sed publicum imperium servitiumque observant. Statim concrepuerunt arma. Duo Romani, alius super alium, corruerunt, sed Albani tres vulnerati sunt. Albani exultant, Romani autem victoria desperant. Sed unus superstes fugere incipit; respexit deinde, unum ex Albanis haud procul vidit necavitque. Hostes inclamant reliquos Curiatios, sed iam Horatius victor secundam pugnam petebat atque alterum Curiatium confecebat.

Duo superstites erant tunc, sed non viribus pares. Nec tamen proelium fuit. Namque Romanus exsultans dixit. “Duos fratres Manibus dedi; tertium causae belli immolabo atque ita Romani Albanis imperabunt”. Gaudium igitur hosti superne iugulo defigit.

Prima della vittoria l’umanità!

IV e V declinazione; piuccheperfetto indicativo attivo; congiuntivo esortativo; participio presente; proposizioni: causale, temporale, finale e completiva; dativo di possesso.

Quinti Metelli res gestas et liberalitatem omnes recte commemorant. Olim, Celtibericum in Hispaniam gerens bellum, dum urbem Centobricam obsidet et milites machinam admovent ut murum convellerent, Metellus imperator constitit atque humanitatem certae victoriae anteposuit. Nam Centobricens cuiusdam proditoris filios, quia ad Romanos defecerat, machinae ictibus obiecerant. Proditor, cui nomen Rhoetogenes erat, ad imperatoris aures accedens, dixit: <<Impetum faciant Romani in Hispanos! Etiam per exitum sanguinis mei expugnationem peragere oportet urbemque capere.>> Metellus tamen, ne teneros pueros in conspectu patris crudelis Romani interficerent, ab obsidione discessit, quia vitae probae famam adpetebat integramque vitam servare cupiebat nec tam atroci caede urbem capere. Postquam civitatis moenia reliquit, omnium Celtiberorum, tantam clementiam tantumque imperatorem laudantium, animos cepit effecitque ut aliae civitates in Hispania sine obsidione portas Romanis aperirent.

Un’imperdonabile gaffe

Pronomi personali e riflessivi, determinativi, possessivi, dimostrativi; composti di *sum*; *cum* + congiuntivo; completiva, finale.

Mirificae rei non interfuisti; ne ego quidem, sed eam nuper accepi, simul atque huc perveni. Passennus Paulus, splendidus eques Romanus et in primis eruditus, scribit elegos. Gentilicium hoc illi: est enim municeps Properti atque etiam inter maiores suos Propertium numerat. Is cum paucis ante diebus recitaret carmina sua, ita coepit dicere: “Tu, Prisce, iubes...”. Aderat forte inter auditores illos lavolenus Priscus, Paulo amicissimus. Ad hoc exclamavit deinde: “Ego vero non iubeo!”.

Tunc omnes qui aderant cachinnum tollunt, eum deridentes. Est omnino Priscus dubiae sanitatis; interest tamen officiis, adhibetur consiliis, atque etiam ius civile

publice respondet. Tanto magis ridiculum et notabile id fuit. Interim deliratio amici aliquantum frigoris Pauli animo attulit. Ex eo casu igitur homines tam solícite recitaturi hoc discere possunt: non solum provideant ut sint ipsi sani, verum etiam ut sanos auditores adhibeant!

Attico è risparmiato da Antonio

Perfetto e piuccheperfetto indicativo attivo; participio presente e perfetto; congiuntivo esortativo; *eo*; *fero*; consecutiva, temporale, completiva; complemento allontanamento.

Ut Antonius rediit in Italiam, omnes in magno periculo Atticum putaverunt propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem, latebatque apud P. Volumnium, cui paulo ante opem tulerat: tanta enim varietas iis temporibus fuit fortunae, ut omnes in summo essent aut fastigio aut periculo; habebat tunc secum Q. Gellium Canum, aequalem similemque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum: cum Cano, quem puerum in ludo cognoverat, adeo coniuncte vixit, ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit. Antonius autem tanto odio ferebatur in Ciceronem ut non solum magno oratori sed etiam omnibus eius amicis esset inimicus.

In aggiunta, fate la versione 90 a pagina 9 del vostro libro (tomo 2) e l'esercizio 6 di pagina 8.